

Praetorius, Michael: Syntagmatis musici (Tomus Tertius): Darinnen 1. Die Bedeutung, wie auch Abtheil- vnd Beschreibung fast aller Nahmen, der Italianischen, Frantzösischen, Englischen vnd jetziger zeit in Teutschland gebräuchlichen Gesänge: Alß, Concerten, Moteten, Madrigalien, Canzozonen, etc. 2. Was im singen, bey den Noten vnd Tactu, Modis vnd Transpositione, Partibus seu Vocibus vnd vnterschiedenen Choris, Auch bey den Unisonis vnd Octavis zu observiren: 3. Wie die Italianische vnd andere Termini Musici ... zu nennen ...

Wolfenbüttel, 1619 [VD17 23:627399A]

Seite 30

30

quireret, perfectionem ademerint. Recentiores verò pleriq; quib; etiam Sethus Calvisius calculum suum adjecit hoc non observant, sed semper punctum ad semibreve  $\text{Q}$ , licet perfectam in Sestquialtera, & ad brevem  $\text{Q}$  in tripla adscribunt, hacq; ratione perfectionem ut rem non adeo necessariam tollunt. Frustra n. sit pro plura, quod potest fieri per pauciora.

Ideoq; licet in prioribus Germanicarum mearum Musarum perfectionem observaverin; tamen in posterioribus operibus Latinis & Germanicis, puncti correctione eandem abrogavi.

Das III. Capitel.

*De b rotundi, quadrati & ✕ cancellati  
vero usu.*

Wie vnd wo das  $\text{b}$ ,  $\text{q}$  vnd ✕ recht zu  
gebrauchen sey.

$\text{q}$  Quadratum locum in cantilena proprium quasi habet, vel in Clave  $\text{b}$  transpositi Systematis, vel in  $\text{f}$ . regularis: Quando scilicet ipsi in harmonia inferiori loco subiicitur quinta.

Quò mitegitur sui &  $\text{F A}$  in Diapente, id est, quando quinta diminuta mutetur in veram addito Semitonio minora, quod antea deficiebat.

Quando verò ✕ cancellatum signatur, non necesse est, ut sonus semper per Integrum Semitonium minus eleveur vel deprimatur, tertiæ enim minori vel etiam sextæ minori tantum additur, quò vertantur in majores. Tuarum utraq; dum in tertiam vel sextam majores, paulatim elevando sonum, transit, ubiq; consonat, sive finem suum attigerit, sive minus; consonat, sive finem suum attigerit, sive minus; id quod non fit, si quadratum notatum fuerit. Eo enim assignato, necesse est, ut notula illa per integrum semitonium minus eleveur, & ita tota cantilena in Chromaticum genus commutetur, & ex transposito systemate fiat regulare, vel vice versâ ex regulari fictum.

Quidam